

si hoc fit, quæ certa erit præsentio: quæ minæ uatum istorum his aut illis mortalibus? Tamē uolunt uarios in cœlo positos Cometæ, uariosq; ortus, uaria diuersaq; mala portendere. Cur bone Deus, Mercurij Cometam, exempli causa, in occasum cupiunt, in ortu formidant? Quasi uerò sit aliquid à Deo inconsideratè factum. Vident Cometam Europæi, & Asiæ hodie: post horas octo eundem Antipodes aspiciunt. Quis mihi uerè probat, nō illis hoc monstrum, sed nobis tātum esse? Sunt etiam ibi prudentes & sapientes homines: sunt etiam & audaces. Possunt & illi de iisdem rebus ambigere. Et ne nobis Cometa non ostentetur, suspicari & pro certo asserere. Iccirco in re tam dubia si Dei quis consiliarius, uates inquam, uerus ueniat, hunc equidem audiā & obseruabo.

Si tantum homo ex nostro ordine laquatur, & non doceat, sed euentum cateruas cogat, uel afferat ueterū opiniones, aut ita credendum esse mihi concedant: huic ego homini non multa credam.

PARS QUARTA.

N V N C uenio ad malos uates. Atq; hoc loco nolim *Cap. I.* bonos offendī. Contra ineptos hæc omnia scribo. Audaces rephendendi ac deterrendi sunt. Hi sunt qui minus rei grauitatem uidentes, facile de natura uel temerè potius iudicant. Et cum ipsi indocti sint, doctos & prudentiores Theologos negligunt, ueram sapientiam rident, *Mali* uulgus miserum suis clamoribus cum uolunt absterrent, *theologi*. De his inquam Theologis loquar.

Audiui hoc anno in Boemîa quendam, qui cum disse-
reret de fulgure, post solis occasum uiso, uocabat fulgur
Draconem & monstrum: Dæmonem authorem dice-
bat: horrendum asseuerabat. Persuasit audientibus me
præsente, faming metuebant. O multitudinis deploran-
dam sortem. Etiam fulgura, quæ naturaliter fiunt, quæ